



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Petri Diazii Ad Leonem Henricium Prouincię Lusitanę pro Societate Iesu  
præpositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

DE QVINA  
QVAGINTA

DVOBVSE SOCIE-  
rate Iesu,

DVM IN BRASI-

LIAM NAVIGANT, PRO

CATHOLICA FIDE IN-

TERFECTIS,

EPISTOLAE DVAE:

PETRI DIAZII AD LEO-

nem Henricium Prouincię Lusita-

nę pro Societate Iesu præ-

positum.



Xponā his litteris felicem exitum. Ignatij Azebedij Brasiliae Præpositi Prouincialis, & comitum. Nonis Iunij, cum Aloysio eiusdē Brasiliae prouincię pro Lusitanię Rege præfecto, classe nauū septem, Olisipone profecti, octauo die

Materiam hanc insulam prospera nauigatione tenuimus. Nouem circiter & sexaginta in uniuersam ē Societate nostra conscenderamus, in tres onces distributi. Quę S. Iacobi dicebatur, ea cum D. Iacobo Andradio multisque alijs ē nostrorum numero uehebatur. Ignatius. Francisco autem Castrioreno fratribus duobus, & pueris orphanis, Ioannis Frizandi obtigerat nauis. Me Socijs cum amplius uisitati, eadem quę Aloysium Præfectum nauis exceperat. Et quoniam certis de causis in hoc Materię portu



tu aliquandiu subsistere decreuerat Aloysius, & nautæ S. Iacobi, quod multa negotia haberet in Palma ex Canarijs, seu Fortunatis infulis vna, magis efferre efflagitarunt, ut sibi liceret præire: se expedire nuntio negotijs, aduenienti reliquæ classi præfiso summo. Atque initio quidem recusabat Ignatius, in tanto mari & piratarum discrimine à cæteris digredi periculolum ratus: verùm deinde victus precibus, ab eundem ventum ad Aloysio petijt: qua impetrata, quasi diuina re quæ postea consecuta sunt, pridie eius diei qui Apostolorum Petri & Pauli fieri solent, Sacramento Confessionis & Communionis præmunidos curauit omnes, & simul diuina ipsius Agni cælestis cereas imagines aliquot, à summo Pontifice consecratas, & alia quædam religiosa munuscula, quæ ex vrbe Romæ secum attulerat.

Hisce præactis, solutæ pridie Kalen. Iulij vento secundo, qui tamen eos in medio cursu defecit. Porro Dominico die proximo, quinto nonas Iulias, alarum lux est, Iacobum Soriã maritimæ rei pro Nauarra Regna perpositum (is Caluini sectator egregius, capites innumeratim cum Papiſtis, sic enim Catholicos per ludibria hæreticorum pellant, exercere sese palam profiteretur, ac prædicat) hinc hinc sito, cui à Sancta Cruce nomē est. Perterritus tamen, & vehementer omnium animos, statimque Aloysius, oppidique præfectus cum populo vniuerso ad pugnam comparauere sese. Itaque Sabbati luce quæ consecuta est, cum se Iacobus Soria in conspectum nostrum detulisset, occurrentibus sibi Catholicis, qui probe instructi, & armis tutibus tormentisque nauigia decem eduxerant, perterritus cessit, fugaque sibi consuluit. Hoste fugasse cognoscens nostri postridie reuertuntur: ille verò hoc perfunctus periculo, Canarias petijt, ac die Iouis insequenti ad portum usque Palmæ Insulæ, & onerata nostra, quæ portum capere nunquam potuerat vento desistit, iaculo liciter est prouectus. eo autem ipso die Ignatius cum cæteris fratribus ad Tertiam cohortem (ad loco nomen) vicum à portu leucas quinque curata, scilicet



contenderat eo cōsilio, ut si daretur facultas, ad portum  
 terrestri itinere perueniret: sed cū res exitum non ha-  
 beret, in nauim se denuò recipere sunt coacti. Ut vel ex  
 hoc satis appareat, expetendum id genus mortis para-  
 tum illis fuisse diuinitus: eoque magis, quòd iter illud  
 leucæum octoginta, vix diebus quindecim ab ipsis e-  
 mensum, addo nauim minimè impedita, vento etiam ini-  
 tio (ut diximus) valde secundo; id iter totum nauibus  
 quinque (& quidem earum nonnullis admodum onu-  
 tis non plus tri duò ab Iacobo Soria decursum est. Po-  
 sterdie nostri eadem malacia nouem fere millia passuū  
 à litore detenti, vbi aduentantes Calvinianos aspiciunt,  
 paucis dispositis tormentis ad defensionem extemplo pa-  
 rare sese: Ignatius aurem sumpta Mariæ Virginis imagi-  
 ne, quam Roma secum extulerat, prout res & tempus  
 postulabat, ad officium, atque ad pietatem cunctos hor-  
 tati. Interea vnum è nauigijs hostes ad nostram onera-  
 riam applicant, in eamque tres primò, in ijs nauclerus  
 magna apud eos existimatione, transfiliunt. atque ij qui-  
 dem itam à Lusitanis interfecti: sed maiore deinde ho-  
 stium irumpente numero, diutius obsisti nō potuit. Tum  
 Iacobus Soria, vbi cognouit nostræ Societatis homines  
 sibi versari, omnes ad vnū occidi imperauit, vociferatus:  
 iactate, interfice, quoniam ad praua dogmata disse-  
 minanda Brasiliam petunt. In eorum numero, qui onera-  
 riam occupauerant, erat Iacobi cognatus quidam: qui  
 cum vitam aliquot Catholicis promississet, id iussit Iaco-  
 bo renuntiare. quæsiuit ille, cunctine presbyteri (sic enim  
 nostros vocabat) essent interempti: cum interemptos ef-  
 ferens responsū fuisset, tum ab alijs manus abstinere non ver-  
 uit. quo facto sanè præclare suū in nos odium exprōpsit,  
 præsertim quòd paucis ante diebus, intercepto nauigio,  
 quo Franciscani concionatores duo, totidemque secu-  
 lares, ut appellant, sacerdotes in Lusitaniam vhebantur,  
 eorum nulli necem intulit: nactus deinde nostros ma-  
 gna ex parte adolecentulos tyronesque, nulli pepercit  
 vni. Mactatus est autem omnium primus Ignatius,  
 quem



quem obuiam hostibus prodeuntem clara maiestata  
 quam dicebamus imagine, magnoque animo pro-  
 fitentem sese cum suis esse Catholicum, lancea missi-  
 cibus confoderunt, & sacram imaginem extorque  
 frustra conati sunt. tum Didacus Andradus in impe-  
 xum ruit Ignatij: atque ita coniuncti simul ambo  
 confecti vulneribus præcipitantur in mare una cum  
 ipsa imagine, quæ de Ignatij manibus nunquam exo-  
 derat. Inde tabulata oneraria subeunt, quo Ignatius in  
 eo tumultu fratres octo & triginta (tot enim erant o-  
 um ex hoc portu profecuti) condiderat: binosque ac ter-  
 nos ordine deinceps eductos ad naui marginem, ac tu-  
 laribus tunicis, quamquam exigui admodum pretij, eu-  
 fos, a dactis bis terve singulis in viscera purgatione, formi-  
 nimes è naui deturbant: quorundam etiam præcedunt tra-  
 chia, ut omnem profus euadendi spem ipsi edimant. Atq-  
 huc exitum felix comitatus ille sortitus est. Postea quatuor  
 de trium illorum cæde, qui ex hostium classe in oneraria  
 am primi transenderant. Eius auctores cædis oneraria  
 gubernatorem cum ministris duobus, ad sepece-  
 furore percitus iubet Soria. ibi, ipso non solum impensa-  
 te, sed etiam inspectante, viuientium pectora differan-  
 tur, & extracta crudeliter intestina deieciuntur in pe-  
 gus. Iam verò hanc immanitatem Calviniani illo etiam  
 scelere cumulant. in onerariam reuertuntur, sacrosan-  
 ctum caput vnus ex vndecim Virginum millibus quod  
 solatium neophytorum Ignatius in Brasiliam abduxerat,  
 è carchesij sine contumeliosè nefarieque suspensum:  
 deinde arreptam aliam Virginis Deiparæ effigiem, spe-  
 cio perfectam opere, quam item Roma Ignatius auer-  
 rat, cum sacris alijs imaginibus permultis, in angulo tu-  
 nis per ludibrium collocant: in easque ut in locum be-  
 cas ciaculari lasciuentes incipiunt. Rosaria vero bene-  
 cta, ac sanctorum reliquias, librosque de religione, & ve-  
 lia scripta quædam ad Brasiliæ provincie rem magno-  
 pere pertinentia, ut sibi minus vilia, vel superstitiosa  
 potius, alto mandarunt. Huius rei gesta sancti totius  
 Lusitanis duobus accepimus, qui spectantes attue-  
 runt,



nam, cum per eos dies à Calvinianis captiui detinerentur. Qui è nostris occisi sunt, æquè nouitij ac veterani, præclaris erant adiumentis rerum gerendarum instructi itaque ad rem Christianam promouendam valde habebantur idonei.

Obstupesco sanè, mecum ipse considerans mutationes migrationesque nostrorum è nauì in nauem Olisiponensem, deinde in hac insula Materia: vt felix ille manipulus, sicuti Gedeonis quondam milites, pæne vincti à Domino lecti fuisse videantur. Me in S. Iacobi nauem imponere, ipse apud Aloysium præfectum remanere Ignotius iam prope decreuerat, sed mutauit deinde consilium: partim vt equidem existimo, ne laborem atque periculum subterfugere voluisse videretur; partim etiam quod ego tanto indignus bono videlicet fui. Reliqui sumus nunc è Societate ad triginta. Cæptum iter naminis fiducia persequi certum est: verum eodem euenimus, nescimus: illud quidem intelligimus: Iacobum Soranam id vehementer expetere, nobisque tendere insidias. Sed iam instat hora profectiois, itaque finem scribendi facio, meque & comites tuis cæterorumque sacrificijs ac deprecationi commendo. Ex insula Materia, xv. Kalend. Septemb. M. D. LXX.

FRANCISCI HENRICI  
Præpositi Domus Olisiponensis ad  
socios, Romam.



EXITVM Ignatij Azebedij, & Sociorum  
nouem & triginta iam cognouistis, vt  
credimus; qui Brasiliam vnà cum Aloy-  
sio regio Præfecto petentes, vt in ea pro-  
uincia, rei Christianæ procurandæ causa  
more nostro collegia instituerent, in iti-  
nere à Calvinianis oppressi, vitam in professione fidei  
Catholicæ profuderunt. Nunc aliorum X I V. qui  
anno post, in eadem causa parem præstiterunt animi  
forti;